

www.e-rara.ch

**Polyhistor symbolicus, electorum symbolorum & parabolarum
historicarum stromata, XII libris complectens**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae [Köln], 1623

Stiftung der Werke von C.G.Jung, Zürich

Shelf Mark: Online

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-5392>

Liber quartus. Hominis mala.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]



PARABOLARVM

HISTORICARVM

LIBER QVARTVS.

HOMINIS MALA.

I. ABYDENVS STVLTVS.

Opinionis vis, vel felicitas improborum.



ERVNT in Abydo quendam mente destitutum in theatrum progressum vacuum, multosque dies illic diligenter, tanquam in eo essent histriones, applausisse, acclamasseque admirabundè. Cæterū mente recepta, dixit suavius se nunquā atq; eo tēpore vixisse.

*Arist. de
mirabili
auscult.*

A P. Quā multi imperitis Oratoribus, & propè nullis, plaudunt opinione decepti. quā multi infania ebrij, videntur sibi pulchri, beati, cum nihil eorum, quæ sibi animo fingunt, possideant, sed vt Menippeæ Empusæ bona cuncta euolent, & dilabuntur. Num merito hæc a Græco Comico appellantur εικολόνειροι, vmbri somniisque similia: nec malè illud Plautinum hîc vsurpari potest,

*Bona
εικολόνειροι.*

*Miris modis Dij ludos faciunt Hominibus,
Mirisque exemplis somnia in somnis danunt.*

II. ACESSEVS.

Procrastinator.

COMPERENDINATORIS Hieroglyphicum
est Acesseus decussatis brachijs cœlū intuens, &

K 5

ex-

expiscans an luna fluxu luminis orbem sui syderis impleat: hic nauta, vt satis ex adagio notum est, ignauia velum prætendens, commodi temporis oportunitatem, perfectionem vsque differebat; Lunas minimè fauentes caussatus, quæ tamen, cum & auctu, & labore, & senio cælum vsquequaque lustrarent, desidiosus hic Callipides nusquam soluebat de portu.

Diogenia-
nus Centu-
ria I. A-
dag 57.

Ἡ δὲ κυβερνήτης δὲ ῥάδυμος ἀνέλιγε διὰ παντὸς ἀνα-
ρῶνεν οὐρανὸν. ἵνα ἐν φωτὶ ὁ πᾶς αὐτῷ γινέται.

A P. Tales sunt partim ignaui, partim etiam callidi, & malitiosi comperendinatiores, qui cum minimè rem pro noueant, in cælum & sydera suæ negligentia caussam refundunt.

Luna quater latuit, toto quater orbe recreuit.

III. ALEXANDER EBRIUS MORIENS CVM BACCHO EXPOSTVLAT.

Nullum numen abest, si sit prudentia.

EPHIPPVS, lib. de Alexandri & Ephæstionis sepultura; Proteas (inquit) Macedo bibacissimus fuit, robustoque corpore vitam traduxit, cum se plurimum in bibendo exercuisset. Alexander igitur poculum, quod duos congios capiebat, cum poposcisset, Proteæ id præbuit: Ille verò sumptū multis laudibus regem prosequutus exhaustit cum plausu omnium, ac paulò post poculum idem postulauit, rursusque Alexandro propinans, id haustit. Rex autem generosè quidem ebibit, sed perferre non potuit in puluinar reclinatus, & poculo è manibus dimisso, ac iam inde morbo correptus, interijt: Baccho, vt fama est, irato, quòd Thebas patriam suam obsedisset.

A P. Stultum est suorum malorum caussam in Deum, aut fatum, non in suas libidines & flagitia, reij-

reijcere. Multos inueni aquos aduersus homines, aduer- *Sen. ep. 93.*
sus Deos neminem: obiurgamus quotidie fatum.

IV. ANAXANDER.

Adulatorum impudentia.

SATYRVS in vitis, scribit Anaxandrum Eudæ-
monicum Philosophum, vnum ex assentatori- *Athen.*
bus Alexandri, cum rege iter facientem vt stupendo *lib. 6.*
fragore inopinato que tonuit, omnibus pauore con-
sternatis: Hoccine fecisti, ô Alexander Iouis filii?

A P. Meretur is inter tot adulatorum greges,
qui non vltimas teneat, & inuerecundæ assentatio-
nis typus fiat: *alius quidem, vt ait Seneca natural.*
quæst. lib. 4 adulatione clam utebatur parè, alius ex
aperto palam, rusticitate simulata, quasi simplicitas illa
non ars sit. Plancus artifex ante Vellecium maximus,
aiebat, non esse occultè, nec ex dissimulato blan-
diendum: *Perit, inquit, procari, si latet.* hoc Anaxan-
der nouerat, qui tam impudenter assentabatur.

V. ANAXENOR IN IOVIS

PVRPURA.

Honor indignis concessus.

ANAXENOREM cytharædum extulerunt qui-
dem theatra, sed multò magis Antonius, qui
eum etiã militibus stipatum, tributum exactorem è
quatuor vrbibus constituit. Patria quoque ipsum *Strabo*
haud mediocriter ornauit, ea ipsa purpura induens, *lib. 14.*
quæ Ioui Sospolidi, hoc est, vrbis Seruatori, erat
consecrata.

A P. Hoc schemate exprimitur vilis, & tenuis
homùcio, summis honoribus affectus? qualis Æschines
singitur à Demosthene, qui in nobili oratione
περί Σφάνης, ἀρῶραίος οὐνόμαος, τραγυῖδος πίδδικος, πο-
minatur.

Martial.
lib. I.

*Sic dentata sibi videtur Aegle,
Emptis cornibus, Indicoque cornu.
Sic quæ nigrior est cadente moro,
Ceruffata sibi placet Lycoris.*

XI. ÆNETVS QVINQVERTIO.

Honoris humani fragilitas.

IN Olympijs victor declaratus, simul atque coronam accepit, excessit è vita.

Pausan. in
Læonic.
pag. 100.

A. P. Quis iam illud non inclamabit? Ἰσὼλα εἰδὼ-
λων ἀνδρωπικὰ πράγματα Mors certè in coronis &
triùphis ludos facit, cum mortales in ipso honorum
limine, quos infinitis laboribus quæserūt, importu-
na rapiat. Num rectè Æneto illud Poëtæ congruit,
Prehensa vouet expirare corona.

VII. ANTHEAS AD MVSICAM.

Imperitus & indoctus auditor.

Plautarch.
de Fortun.
Alexand.

HIC Scytharum Rex Ismeniam tibicinem bello
captum canere iussit inter pocula. Omnibus au-
tem admirantibus, & præ voluptate plaudentibus,
iureiurando affirmavit, suauius se interdum equum
hinnientem audisse.

A. P. D. Hieronymus ad Marcellam: *Asino qui-
pè lyra superflue canit. ὄνος λύρας ἤκουε, καὶ σαλπι-
γος ἦσ.*

VIII. ANTONII ANTRVM

BACCHICVM.

Gula triumphus.

SOCRATES Rhodius Antonium scribit Athenis
commoratum, conspicuum vndique super thea-
tro cœnaculum temporarium ædificasse, virenti
fronde opacatū, antri Bacchici specie, vbi tympanis
adaptatis, hinnulorumque pellibus, & reliquis Dio-
nyfiacorum ludorū ornamentis, cum amicis statim
à diluculo recubans ad ebrietatem vsque potaret.

A. P.

AP. Vitia ipsa plerumque authoribus displicent, & temperantiam laudant non sobrii: at ubi se libido non contenta domesticis parietibus effert in publicum, & speciem dignitatis rebus turpibus affingit, apparet in summam desperationem res venisse. habes de hac Antonij intemperantia in Cicerone & Plutarcho dignum planè triumuiro tabernaculum.

IX. APICIVS.

Helluonum Typus.

APICIVS infamis gurgis, Tiberij vixit temporibus, & Minturnis, quæ ciuitas est Campaniæ, vt plurimum degens locustis vescatur magno emptis, quæ illic nascentes, & maximas Smyrnæas, & Astacos Alexandrinos amplitudine vincebant: Cùm in Africa vastæ, inusitatæque magnitudinis audisset reperiri, cõtinuo illò nauì profectus, multaque incommoda nauigationis perpeffus: sed cùm minores inuenisset, quàm fama diuulgasset, illicò ne commoratus quidem in portu Minturnas regressus est. *Athen. lib. 2.*

AP. Hic dementissimæ gulæ Catillo typus esse poterit omnium, qui ab Eunapio ἀσώτως πέρσας dictus est. Describitur à Seneca de vita beata libro singulari *Aspice Nomentanum & Apicium terrarum ac maris, vt isti vocant bona conquirentes, & super mensam recognoscentes omnium gentium animalia. vide hos eosdem è lectis suis spectantes popinam suam, aures vocū sono, spectaculis oculos, saporibus palatum suum delectantes. mollibus lenibusque fomentis totum lacessitur eorū corpus, & ne nares interim cessent, odoribus varijs inscitur locus ipse, in quo luxuria parentatur.* *Seneca lib. de beata vita*

X. ARTEMON;

Improbi meticulosi.

Vide Stro-
mat. 5. 1317
ARTEMON, qui περιφόρητος dictus fuit, improbae fuit nequitiae, ut qui assiduo lectica vectaretur, vel potius in lecto portaretur. Is adeo erat meticulosus, ut etiam domi tranquillè desidenti, duo famuli scutum æreum supra caput sustinere cogentur, ne quid ex alto decideret, aut improviso telo feriretur.

A P. Diffidens malum improbitas, *omnia tutati met.* nec ei domus communè omnium perflugium, ad quietem data.

Ο ουνισορῶν, ἀνθρώπ. κ. ἀν. ἢ δρασύνταλος,

Menander.

Η ούνισις αὐτὸν δ' ἄλοτιζόν εἶναι ποιεῖ.

*Qui aliquid sibi cōsciens, etiam si fuerit audacissimus,
Conscientia tamen facit ipsum timidissimum.*

XI. ASTOMI.

Cenodoxi.

Plin. lib. 7.
cap. 11.
ASTOMORVM gens sine ore, corpote toto hirsuta vestita frondium lanugine, halitu tantum vivens & odore, quem ex naribus trahit.

A P. Cenodoxi os nullum habent, ad Dei; aut Deo gratissimorum hominum laudem prædicandam: toti sunt veri honoris ornamentis destituti, & nihil habent præter pilos, & folia, hoc est, humanarum laudum quisquilias, res omnino leues, & nugatorias; halitu tantum vivunt, scilicet vanæ gloriolæ auris quas naribus excipiunt, cum os non habeant, & ad solidæ laudis pabulum excipiendum non egeant;

Gloria ter-
rarum vilis.

Quicumque solam mente præcipiti petit,

Summamque credit gloriam;

Latè patentes atheris cernat plagas,

Arctumque terrarum situm,

Boet. Metro-
7. lib. 2.

Brevem replere non valentis ambitum:

Pudebit aucti nominis.

XII. ATERGATIDIS PISCES.

Vltio diuina.

ATERGATIS regina piscium ad insaniam vsque auidā, a Mopso Lydo capta, cum Ichthe filio in lacu Acaloni vicino demersa, & suffocata est atque ob suam insolentiam, & iniurias, à piscibus deuorata.

*Xanthus
Lydius &
Athen.
lib. 7*

A.P. Eadem sæpè sunt voluptuarijs libidinis, & suppliciorum instrumenta. *Per quæ quis peccat, per eadem punitur:*

Et modo quæ fuerat gloria, pœna fuit.

XIII. ATHANATOS.

Dives stultus:

ATHANATOS vir robustus, prodigiosæ ostentationis quingenario thorace plumbeo indutus cithurnisque quingentorum pondo calceatus per scenam ingressus est.

*Plin. lib. 7.
cap. 20.*

A.P. Cadit in stultos diuites, qui se ad cœlum iter affectare dicunt, tot ponderibus præpediti, quibus se potius scenicè ostentant quam salutis viam expediunt. Minut. Fœlix in Octauio. *Igitur ut qui viam terit co felicior quo lenior incedit, ita beator in hoc itinere viuendi qui paupertate se subleuat, non sub diuitiarum pondere suspirat.* Rectè igitur apud Phædrum,

*Cum victi mures mustelarum exercitu
(Historia quorum in tabernis piægitur)
Fugerent, & artos circum trepidarent canos,
Ægrè recepti tamen euaserunt necem.*

*Fabula lepidā
de muribus
cornigivis.*

*Duces eorum, qui capitibus cornua
Suis ligarant, ut conspicuum in praliis
Haberent signum quod sequerentur milites,
Hæserè in portis, suntque capti ab hostibus:
Quos immolatos victor audis dentibus
Capacis alui mersit tartareo spectu.*

XIV. CALIGVLÆ ACERV.I

AVREI.

*Auaritia.**Tranquill.
in Caligul.
cap. 43.*

IDEM nouissimè contrectandæ pecuniæ cupidine incensus, sæpè super immensos aureorum aceruos, patentissimo diffusos loco, & nudis pedibus spatiatus, & toto corpore aliquandiu volutatus est.

A P. Auari aurum intuentes sibi applaudunt, & in eo animo merguntur, nullum inde fructum, præter vanam ostentationem, colligentes.

*Horat. Sa-
tyr. I. l. I.*

*At qui tantulo eget quanto est opus, is neque limo
Turbatâ haurit aquam, neq; vitâ amittit in undis.*

Non omittendus est hîc Caliphas, qui inter auri & gemmarum aceruos volutatus fame interijt. Occupata siquidem Babylone ab Halaone Tartarorum Regis fratre, omniq; populo deleto, Caliphas factorum Mahometanorum summus magister, qui magnum thesaurum congesserat, comprehensus medijs auri gemmarumque aceruis impositus est, in quibus plures dies asseruatus, inedia, vel sanè pretiosa fame consumptus est.

*Sabellic.
lib. 7. En-
nead. 9.*

XV. CALIGVLA PRO BACCHO

ORNATVS IVRA REDDIT.

Index dissolutus.

Athen. l. 4. **C**ALIGVLA pro Baccho ornatus prodibat in publicum, & cum eodem iura dicebat de hoc cultu habes in Tranquillo cap. 52. *Vestitu calcæatus, & cætero habitu, neque ciuili, nec denique humano semper usus est.*

A P. Turpe, & fœdum Principem iura reddentem pro Baccho ornatum sedere: turpius & fœdus Iudicem in vinum se ingurgitate, & ebrium magni etiam

etiam momenti causas tractare. Sapiebat illa mulier, quæ Philippum Regem, sed sobrium appellabat. Quæ potest esse in vino digna iudice commentatio, *Soli mel ubi mens, ἐν οἴνῳ κῦμασιν ναυαγῆι*; ea de causa Græci, *libatum.* cum facerent sacra Soli, qui, *πάντ' ἰφορᾶ, καὶ πάντ' ἱπακῶναι, πάντα βραβεύει*, mel libabant; Quod existimarent Solem rerum omnium moderatorem, à vi- *lib. 2.* no & ebrietate alienissimum.

XVI. CALIGULÆ CAPVT IN IO.

VIS CORPORE.

Dux ignauus in florenti Rep.

DIVINAM Maiestatem Caligula affectauit, dato- *Sueton. in* que negotio, vt simulachra Numinum religio- *Calig. 22.* ne, & arte præclara, inter quæ Olympici Iouis, ap- portarentur è Cræcia, quibus capite dempto suum imponeret. Idem Olympius Iupiter, quem Romam transferri curauerat, tantum cachinnum repentè edidit, vt machinis labefactis, hospites diffugerent. *Suet. 57.*

AP Corpus erat Iouis Olympici, caput Caligulæ malè sanum. Sic florentissimo plerumque Reip. corpori ignaui duces imponuntur.

Sed leue pondus erat.

XVII. CALIGULÆ PALMA.

Victoria turpis.

MIRMILLONEM è ludo rudibus secum batuentem, & sponte prostratum confodit ferrea sica, ac more victorum cum palma discurrit. *Sueton. cap. 32.*

AP. Laurea hæc est in mustaceo. quid foedius quam Imperatorem gentium de vnius vilissimi gladiatoris anima triumphare? Similiter faciunt potentes aulici, qui se pulchros, ac beatos putant, si infelicissimum

num homulum, à quo læsi fuerint, aut se læsos putent, suæ mactarint iracundiæ.

Fœda est de vili sanguine palma.

Num longè generosior Taurus in fabula apud Græciam?

Tauri sedebat vilis in cornu culex:

Volare num se vellet, ipsum interrogat.

Respondet ille: nec sedentem noueram,

Nec euolantem te profecto sentiam.

Noluit quippe de sanguine culicis triumphare, sed ipsum generosè spernere.

XVIII. CALIGULÆ TEMPLVM.

Gula improbitas.

CALIGULA cùm se pro Ioue Latiali adorandum exhibuisset, templum etiam numini suo proprium, & sacerdotēs, & excogitatissimas hostias instituit. In templo simulachrum stabat aureum Iconicum: amiciebaturque quotidie veste, quali ipse vteretur. Magisteria sacerdotis ditissimus quisque, & ambitione, & licitatione maxima vicibus comparabat. Hostiæ erant Phœnicopteri, Pauones, Tetræones, Numidicæ Meleagrides, Phasianæ, quæ generatim per singulos dies immolarentur.

A P. Humani Ioues potentes helluones: templū, culina: Sacerdotes, coqui: Hostiæ, cupiditæ omnis generis. Recte exclamat Scribani nostri viri doctissimi Philosophus Christianus: O vbi mens nostra vix palmari sto. macho ingentia fumant fumibula feruent tripedales aheni, Babylonix calent fornaces, immanes estuāt ignes, superstant fercula ferculis, lassatis mensis, Seruorū, ancillarum, coquorum sudat exercitus, natant penuaria vino, fatiscunt horrea frumento. Et ego credam vnum ventrem in quo plurimarum non rarò gentium conduntur vina?

*Tranquill.
in Cali-
gul. 22.*

XIX. CAMBLES.

Maritus improbus.

XANTHVS in Lydiacis narrat, Cambletem Lydorum olim regē edacem & gastrumargum fuisse, noctūque vxorem suam in fructa dissectam vorasse. Deinde crastino mane reperra coniugis manu, quę ad eius os hæserat, re cognita & in vulgus sparsa se ipsum iugulasse. *Athen. lib. 10.*

A P. Voratores coniugum sunt impij mariti, qui coniugalis concordie vinculum rumpunt, & miserarum vxorum dotes in lustris ac ganeis decoquunt.

XX. CANTIBARIS.

Gula lassatur non satiatur.

CLEARCHVS, libro quinto vitarum scribit, Cantibaridi Persę cum mandendo essent defatigata maxillę, hianti domesticos cibum iniicere solitos, tanquam in vas quoddam inanime. *Athen. l. 10.*

A P. Helluones aded terra sunt, & profundę gulę, vt saburrati cibis adhuc concupiscant, doleantque, vt ait Seneca, quodd magna pars eorum fecelicitatis exclusa corpotis angustijs esset, quorum gula

*Lassata cibus, nondum satiata recessit.*XXI. CITHAROEDVS IAS-
SIORVM.*Concionum & orationum neglectus.*

CVM Citharædus quippiam Iassii artem suam publicè ostentaret, tantisper ab omnibus auditus est, dum tintinabulum signum venditionis piscium daret, eo audito vniuersi ad negotiationem piscium discesserunt, vno excepto, qui erat surdaster maiorem in modū. Ad huc accessisse dicitur Citharædus

Strab. li. 14. rœedus, maximasque egisse gratias, qui tanto ipsum honore affecisset, tantòq; studio musicæ ferueret, cū reliqui, simul atque tintinabulum signum dedisset, discessissent. Quid ergo signū datum est? inquit surdaster; tu igitur valetò, & statim è conspectu se proripuit.

A P. Misera plerumque concionatorum conditio, quos omnes priuatarum rerum studijs illececi relinquunt, & si quæ occupatio, aut voluptas fuerit oblata, malunt audire discum, quam philosophum, vel certè aliqui audiunt, qui minimè intelligunt. Notatur & vanitas oratorum, qui plerumq; se multum placuisse existimant, cū ab auditoribus oscitantibus auditi vix fuerunt.

*Vbi vanus animus aura captus friuola,
Abripuit insolentem sibi fiduciam,
Facile ad derisum stulta lenitas ducitur.*

XXII. CLEARCHVS ΚΕΡΑΥ- ΝΟΦΟΡΟΣ.

Maiestatis vanus simulator.

Plut. in Fort Alex. lib. II. CLEARCHVS Heracliæ tyrannus gestauit fulmen, & filium Tonitrum appellauit. Similis in eo Salmoneo fuit.

*Demens qui nimbos & non imitabile fulmen,
Ære, & Cornipedum cursu simularat equorum.
At pater omnipotens densa inter nubila telum
Contorsit (non ille faces, nec fumea tedis
Lumina) (precipitemque immanti turbine adiecit.*

A P. Melius amore, quam terrore regitur humanum genus. parùm cordati sunt principes, qui grauitate vocis, toruitate vultus, ac morū truculentia, fugaque consuetudinis humanæ, maiestatem & authoritatem Imperij sibi videntur imitari. Βαρύτην φωνῆς, καὶ βλέμματος τραχύτητι, καὶ δυσκολίᾳ τρέπων, καὶ ἀμιξίᾳ διαίτης, ὅσπον ἡγεμονίας καὶ σεμνότητι μιμητὰ καὶ δοκῶσιν.

XXIII. CYLICRANES.

Vinosi.

POPULI ita dicti, quòd poculi effigiem impressam Athen. l. ix.
humeris semper gestarent.

Κυλικράνης δὲ λέγονται, ὅτι τοὺς ἄμους κηραραγυῖοι κύ- Ibid.
αἰχὰς ἤσαν. Tanti illi poculum fecerunt: & certè No-
madum quorundam omnis opulentia est poculum,
gladius, aquale.

A P. Rectè cum Cylicranibus comparari pote-
runt vinosi, qui non modò amphoræ speciem, sed
ipsam amphoram vbique circumferunt, & Hora-
tianum illud ad amphoram nequissimè exclamant, Od. 21. lib. 3.

O nata metum.

XXIV. EX DEMETRIO MATVLA.

Honoris humani lubrica vicissitudo.

CASSANDER Athenis in ditionem acceptis vsus
est humaniter, vrbique ciuem præfecit Demetri-
um Phalereum, Theophrasti discipulum, qui in-
stauravit popularis Reip. statum, quantum ferebant
tempora. Verùm inuidia, & paucorum inimicitia
tantum valuerunt, vt Cassandro mortuo, fugere in
Ægyptum sit coactus, statuasque eius amplius motu
facto aduersarij deiecerunt, conflaueruntque. ad-
dunt quidam conflationem in matulas factam: κα-
τεχώνευσαν ἔννοι δὲ προσπείσασιν ὅτι καὶ οὐκ αἰδέσασθαι.

Strab. lib. 9.

A P. Nihil honoribus rebusque humanis incer-
tius. Quid miraris virum trecentis statuis insignem,
& omni honore florentissimū conflari in matulam?
hos quotidie res humanæ ludos experiuntur:

Οὐδέ τι χρυῖν πνοιῆς ὤκιστα εἰδόντι,

Ἀνδρομῆνς πμῆς, καὶ κύδος ἔλουθῆσοιο.

Neque mihi opus aura celerrimè fluyente,

Humano honore, & decore perituro. D. Cyprian.

epist. 2. Malorum blandientium virus occultum est, &

*arridens nequitiæ faciès quidem læta, sed abstrusa ille,
œbrofa fallacia.*

XXV. DEMOCHARIS.

Verborum obscœnitias fugienda.

*Timæus
Historicus*

DEMOCHARIS, ut erat ore impuro, apud Athenienses vetitus est ignem Vestæ sacrum sufflare, ne fœdi spiritus contagione purissimam flammam contaminaret.

Isidor.

ep. 232.

Libri ob-

scœni in gu-

stu habent

venenum.

Paul. in

epist. ad Io-

viuræ fratrem,

A P. Indigni sunt qui Dei verbum, aut leges divinitus institutas usurpent, qui prætextatis, atque impuris verbis os, & linguam addixerunt suam, *πραγματῶν καὶ οὐκ οἱ λόγοι.*

Habent ista, ut ait S. Paulinus, in specie lenocinium: in gustu venenum, quorum usus in crimine, pretium in morte numeratur.

XXVI. DEXICREONTIS AQUA.

Vilia caro vendita.

*Plutarch. in
quæst. Græc.*

55.

DEXICREON nauta, suadente Venere, navium non sine elegantiorum mercatorum risu, aquaoneravit, quam deinde cæteris dulci aqua egentibus, tam caro vendidit, ut cæterarum mercium superaret pretium.

A P. Quædam primo aspectu videntur vilia, quorum summum precium necessitas facit.

Vel maxime despecta nunquam despicere.

XXVII. DIOGENES EPICUREVS

SACERDOS VIRTUTIS.

Simulatio, vel hypocrisis.

DIOGENES Epicureus ab Alexandro rege Syriæ petijt, quod minime Philosophum decebat, si-
bi ut liceret purpuream tunicam induere, & auream

coro-

coronā gestare cū virtutis imagine in eius medio posita, cuius sacerdotem appellari se cupiebat. Vtrumque rex concessit, coronamque, & tuniculam insuper largitus est. Ea Diogenes Lysiodo foeminæ, quā deperibat, dono dedit, quæ postridiē ipso Diogene cūrege & grauissimo comitatu sedente inter tibicinas introducta, cum eadem corona, & imagine virtutis magno omnium risu visa est.

Ath. l. 5.

A. P. Multi speciem virtutis habent in veste, quam nunquam habuerūt in pectore. Quid refert an Diogenes Philosophus, an Lysiodos tibicina sigillum habeat virtutis? simile est illud prouerbio Græcorum iactatū: πολλοὶ κατ' ἴκνοσφοροι, παῦροι δὲ βάνχοι. *Multi Thyrsiferi, pauci vero Bacchi.* nō omnes qui habent citharam sunt citharædi, inquit Varro 2. de re rustica: *Malunt sibi omnes personam quam faciem.* Talis fuit ille Gryllus, de quo Curopalates Michaëlis tertij impietatem narrans. Cynædos ille in honore habens & colens, diuinis verò illudens & insultans, sacras vestes auro contextas induit & chlamydes; turpiterque & impurè cogebat res diuinas peragere, castissimæque mysteria: istorum principem Gryllum nomine Patriarcham vocans, & reliquos vndecim Metropolitans, se quoque vnum ex sacerdotibus fieri voluit, qui præsul colonix appellabatur: cūque oporteret eos canere, mysteriaque perficere, cithara cantinulas absoluebant, nunc sensim quodam modo & leni voce resonantes, nunc incitata & clara, perinde atq; in sacris ceremonijs sacerdotes sacrorum hymnorum voces edere consueuerunt: habebantque valè inaurata & pretiosis lapidibus ornata, quæ aceto & sinapi implentes, ijs qui sumerent porrigebant: ad hunc modum sacrorum

Gryllus.

Ioan. Curvof.
in Michaële.
Baron. ad
Mich. 13. 9.

& impolluta mysteria ir-
tidentes.

XXVIII. DIONYSII COLVMBÆ.

Liberalitas ficta.

strab. lib. 6. pag. 149. DIONYSIVS senior cùm tyrannum ageret, Locris formosas Virgines conducere ad conuiuia solebat, & columbas integris alis, ὄλο μίπρς dimittere, virginibusque imperare, vt eas nudæ captarent: quibuidam etiam sandalia indutis inæqualia, alterum sublime, alterum humile dedecoris causa iussit, vt sic columbas captarent.

A P. Beneficia dare oportet, non nepotari, & per lasciuiam intrudere. præclare in illum Dionysium & similes eius cadunt hæc verba Senecæ. *O superbia Sceneca li. 2. magna fortune! ô stultissimum malum! vt à te nihil ac- de beneficijs cipere iuuat! vt omne beneficium in iniuriam conuertis! cap. 13. vt te omnia nimia delectant! vt te omnia dedecent! quoque altius te subleuasti, hoc depressior es, ostendisque te non agnoscere ista bona quibus tantum inflaris.*

XXIX. DIONYSII FILIÆ.

Improbilas affectatrix virtutis.

Plutarch. in Fort. Ale. xand. lib. 2. DIONYSII pater matricida bipedum quadripedumque nequissimus, filiarum vnã virtutem, alteram temperantiam, tertiam iustitiam nominauit.

A P. Nemo aded improbus est qui virtutis nomenõ affectet: tam clara, tam illustis est eius species, vt improbos obiecta cruciet, & cum minimè sequantur, fingant tamen se diligere.

Pers. Sat. 3. v. 35. *Migne Pater Diuum, sauos punire Tyrannos
Haud alia ratione velis, cùm diralibido,
Mouerit ingenium feruenti tincta veneno:
Virtutem videant intabescantque relicta.*

XXX. DORIONIS VOTVM.

Votum obliquum.

A RISTODEMVS lib. 2. facetiarum memorabilium scripsit, cùm Dorion Crumatopæus, & loripes, in
con.

conuiuio claudicantis pedis soleam amisisset: furi, *Athen. l. 8. pag. 308.*
 inquit, nihil grauius imprecabor quam vt eius pedi
 calceus conueniat, οὐδ' ἐν ἔφῃ πλέον καταράσομαι τοῦ
 κλίφανη, ἢ ἀρμόσαι αὐτοῦ τὸ σανδάλιον.

A P. Obliqua mali imprecatio sub boni specie
 emissa. Dorioni similes sunt, qui cū videantur a-
 micis bona exoptare, ambiguis verbis mala impre-
 cantur: vel in eos etiam cadit qui ea sibi ardentem
 cupiunt, vel alijs eripiunt quibus vti non possunt.

Metiri se suo pede.

XXXI. EICADASTES PVGNANS

IN PLACENTAS.

Gula lethifera.

EICADASTES Epicureus allata placenta, quæ
 nondum feruere desierat, omnibusque abstinem-
 tibus ipse heroicum illud inclamans ex Homero
 quasi in Chimæram pugnaturus.

Τὸ δ' ἐγὼ ἀπίος εἶμι, καὶ εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικε.

Aduersus illam gradior etsi manus igni similes habeat, Athen. l. 7. pag. 298.
 Impetum fecit, & perustis faucibus elatus est è con-
 uiuiuo.

A P Dignus hic Eicadastæ tumulus, qui omnibus
 helluonibus in typum miseræ voracitatis propona-
 tur.

Non poterat letho nobiliore mori.

XXXII. CLITI AMORGOS.

Superba seu vana gloria.

CLITVS, ad Amorgum, depressis tribus, aut ad
 summum, quatuor nauibus, tam impotenti læ-
 titia exultauit. vt tridentem gestare, Neptunumque
 dici, & induere non erubesceret. Plutarch. *de Fort.*
Alex. lib. II. Idem fermè habet de Sexto Pompeio
 Appianust. 5. *de bellis civilibus.* Ille enim se Neptu-
 ni, & Salatiæ filium, in decus naualis victoria lu-
 benter appellari audiuit.

A P. Vani homines propter leues gloriolas ingerentes habent spiritus, & agunt tragicas simias non tam ridiculè, quam turpiter, *Deforme est enim ea de seipso predicare, falsa presertim, & cum irrisione audientium imitari Militem gloriosum.*

Cic. 1. offic.

XXXIII. EUTHYDEMVS.

Malum necessarium.

*Strab.
lib. 14.
pag. 454.
num. 10.*

MYLASA vibs est Cariae, iu qua floruit nobilis orator Euthydemus, nimia quidem potentia, sed tamen vtilissimæ ciuitati, in quem perorans Hybreas dixit, Euthydemus *malum es ciuitati necessarium*: nam neque tecum viuere possumus, neque sine te.

*4. contra
Proem.*

A P. In eos qui nocent quidem, sed mala bonis compensant. talis erat Aterius: de quo Seneca: *Redimebat Aterius vitia virtutibus, & plus habebat quod laudares quam quod ignosceres.*

XXXIV. ERICI VENTOSVS

PILEVS.

Potentes & gratiosi.

*O laus magnus lib. 3.
cap. 13.*

ERICVS Rex Suetiae in arte magica nulli suo tempore secundus habebatur, tamque familiaris erat malis daemonijs, quorum cultui summoperè vacabat, vt quocumque verteret pileum suum, confestim inde optatus ventus aspiraret.

A P. Potentes & gratiosi homines ea sunt auctoritate præditi, vt quancumque in patrem vel leuiter inclinarint, in eam incredibilis mentium animorumque conspiret fauor.

Omnes hoc sidere currunt.

XXXV. EVENIVS.

Pastorum vigilantia.

SUNT in Apollonia oves Soli sacrae, quas noctu viri *Herod. l. 9.*
 fortuna splendidi custodiebant. Euenius aliquis
 suas pro more vices agens in pecoris custodia, lupum
 ingredi in ouile, & sexaginta oves sua incuria deuorari
 patitur; ex quo iudicio ciuitatis, damnatus, oculis
 orbat.

A P. Commendat hæc tabula Pastoribus Ecclesie *Pastorum*
 vigilantiam, qui non Solis oves, sed sempiterni Dei *vigilantia.*
 custodiunt. Non modò lupos arcere, & oves alere debent,
 sed etiam senis Pastoris apud Aurclium Nemesianum præceptum
 audire.

*Te quoque non pudeat cum serus ouilia vises,
 Si qua iacebit ouis partu resoluta recenti,
 Hanc humeris portare tuis, natosque tepenti
 Ferre sinu tremulos & nondum siare probatos.*

Ecloga 5.

XXXVI. FVLVIVS ARGEN-

TARIVS.

Latitia intempestiua.

FVLVIVS Argentarius bello Punico secundo, cum *Plin. 21.*
 corona rosacea interdum è pergula sua in forum *cap. 3.*
 prospexisse dictus, ex autoritate Senatus in carcere
 adductus, non ante finem belli emissus est.

A P. Hæc parabola eos perstringit, qui inter sacrosanctæ
 passionis tempora, & spinas Domini, deliciarum
 rosas vsurpant. quam indigna res in coronæ
 Christi contumeliam, floribus, auro & gemmis coronari!
Clemens de coronis Christi.
 Clem. Alex. pæd. II. cap. 8. ἀλόγιστον ἀκιννοῦσθαι ἡμᾶς
 τὸν κύριον ἀνάκτορας ἐτευκιδίον, αὐτοῦ ἐπιφώνου: τὸ
 σμῶν κυρίῳ πᾶσαι, ἀνάδειξθαι ἀνδραίων. Insanum est
 nos qui Christum spinis coronatū audiuius, quasi
 venerandis Domini cruciatibus illuderemus, redimiri
 floribus.

XXXVII

XXXVII. FABRICIANI VENVS.

*Vitia nocent authoribus.**Dositheus
tertio Italic.**Hesiodus.**Attalus a-
pud Senec.
epist. 32.*

FABIVS Fabricianus Maximus, diripiens Tu-
xium, priucipem Samaitium urbem, Venerem,
quæ apud illos colebatur Romam misit, idemque ab
vxore adultera paulò post intetfectus est.

A P. Qui recipiunt vitia in publicum, cum de-
beant, & possint emendare, sentiunt se illicò dome-
sticis malis opprimi.

Ἡ δὲ κακὴ βελὴ τοῦ βλαύσαντος κακίστη.

Malitia ipsa maximam partem veneni sui bibit.

XXXVIII. HARPASTE SENECE.

Vt nemo in sese tentat descendere.

HARPASTE Senecæ cùm cæca esset, non de a-
missione oculorum, sed de domiciliij obscuritate
querebatur. Sic ille *ep 50. ad Lucilium*. Harpastem
vxoris meæ fatuam scis hereditariam onus in domo
mea remansisse. Ipse enim auersissimus ab istis pro-
digijs sum. Si quando fatuo delectari volo, non est
mihi longè quærendus, me rideo. Hæc fatua subitò
desijt videre. Incredibilem tibi narro rem, nescit se
esse cæcam. Subinde pædagogum suum rogat vt
migret, ait domum tenebrosam esse.

A P. Apodosim sic reddit Seneca, hoc quod in il-
la ridemus, omnibus nobis accidere, liqueat tibi,
Nemo se auarum esse intelligit, nemo cupidum.

XXXIX. HELIOGABALI CON-

VIVIVM

Felicitas umbratilis.

PARASITIS in secunda mensa sæpè ceream cœ-
nam, sæpè ligneam, sæpè eburneam, aliquando
fictilem, nonnunquam vel marmoream etiam, vel
lapi-

lapideam exhibuit: Ita vt omnia illis exhiberentur videnda de diuersa ma teria, quæ ipse cœnabat, cum tantum biberet, per singula fercula, & manus, quasi comedissent, lauarent. nonnunquam pictas ciborum tabulas idem exhibebat, inter quas conuiuæ fame macerarentur.

A.P. Tales sunt res opesque humanæ, vmbre bonorum & simulacta porius, quam vera bona. imò, vt ait Etheophylactus, *ἰδῶλων ἰδῶλα.*

XL. IUPPI TER MENE CRATES.

Simulatio diuinitatis inepta.

MENE CRATES medicus eos, quos à morbo sacro curasser, cauere, & scripto polliceri cogebat, futuros sibi obtemperantes seruos ac comites vbi conualuissent, Ex illis vnus Nicostratus Argius comitali morbo liberatus Herculis vestitu incedebat: alius Apollinis, Mercurij alius: denique Æsculapij.

*Athen. l. 7.
pag. 289. d*

A.P. Deum non facit vestis, aut comitatus, sed conscientia, & virtutis integritas Deo similes reddit mortales: multi Iouis sceptrum, & fulmina sibi arrogarunt, sanctitatem diuinam pauci expresserunt.

Enodos.

πολλοὶ Ἱδιοβόλοι, καῦροι δὲ τε μάντιος ἄνδρες.

XLI. IXIONII AMICICI HELIOGRABALI.

Aulica vita lubrica conditio.

PARASITOS ad rotam aquariâ ligabat, & cum vertigine sub aquas mittebat, rursusq; in summum reuoluebat, eosque Ixionios amicos vocauit.

*Aelius Læ-
pridius in
Heliogab.*

A.P. Præclarus in hac rota typus inconstantiaæ fauoris aulici Palladas ἢ τὸν μὲν κατάγουσα πάλιν σφαιρὴν ἄνιρει. Τὰς δ' ἀπὸ τῶν νεφελῶν εἰς αἶθρα κατάχθ.

Fortuna aulica alios in orbem euehit, alios ex nubibus

bibus ad inferos deprimit. Idcirco Orōtes rectè aulicos cū digitis Arithmeticorū comparabat, qui nunc decem millia, nunc vnum significant. καὶ δ' ἄπειρ τῶν ἀριθμητικῶν δάκτυλοι, νῦν μὲν μυριάδας, νῦν δὲ μονάδα κηδεῖναι δύνανται.

XLII. LYSIMACHVS HASTA

COELVM FERIEHS.

Superbia.

Plutarch. in Fort. Alex. and. lib. 2. **L**YSIMACHVS, cum loca ad Thraciam vergentia obtinuisset, eò vsque demētiæ euasit, vt diceret: Nunc demum Byzantij ad me veniunt, postquam lancea cœlum attingi Ibi Pasides Byzantius, qui tum fortè aderat, Recedamus, inquit, ne ille lancea mucrone cœlum perforet.

A P. Typus hic erit Thrasonis, siue hominis demētis iactantiæ, qui iam non feriat, quod ait ille, sublimesydera vertice, sed cœlum ipsum hasta confingere nitatur Restat vt & illud immurmuret:

Δυσμύρων δὲ τε παῖδες ἐμῶ μύθῳ ἀντιώσιν.

XLIII. MARCELLI STATVA.

Solem Orientem adorare.

ACCVSATVS est Marcellus apud Tiberium, quod cū ante Augusti Cæsaris statuam consecrasset, mox Tiberio post mortem Augusti ad Imperij gubernacula euecto in eadē statua, amputato Augusti Cæsaris capite, Tiberij faciem indidisset. Actam rem in Senatu refert Tranquillus, & quia ambigebatur, per tormenta quæsitam. damnato tandem reo, hoc genus calumniæ eò processit, vt hæc quoque capitalia essent, &c. Vide Cornel. Tacit. *lib. i. Tranquil. Tiberio.*

A P. Eo fermè ingenio sunt omnes aulici adulatores, vt Principum, dum viuunt, nomen, & titulos colant, mortuorum non modò memoriam obliterari sibi patiantur, sed penitus eradant; pectori aliarum sibi amicitiarum speciem deturbatis prioribus vltro ingerentes.

XLIV.

 XLIV. MARCVS ANTONIVS SALOMON DICTVS.

Esto quod audis.

NVL LA vnquam, opinor, vanæ ostentationis vel præposteræ adulationis erga principes clarior imago visa est, quam in M. Antonij monumento: qui cum esset ad omnem propè flagitiosi animi dementiam pessundatus; se nomine sapientissimi Regis insigniri, & quasi religiosum ædituū sanctissimi templi custodiæ affigi per impudentiam aliquorum (vt credibile est) adulatorum passus est. Refert enim Villalpandus noster se nummum vidisse peruetustum in cuius facie alterâ esset M. Antonij imago cum hac inscriptione, *Rex Salomon*. Altera facies templum exprimebat Hebraicis characteribus insignita; quibus illud esse Salomonis templum indicaretur.

Villalpandus tomo 2. in. ep. nuncupat. ad Phil. tertium Regum Catholicum.

A P. Quam multi in speciosis titulis suas ostentant ineptias, & ea gestant insignia, quæ non magis illis conueniunt, quam *Calonibus Sambuca*, quibus illud Laberij dictum sanè argutum rectè congruit:

Sepulchris similis, nil nisi nomen retineo.

 XLV. MENIPPI AMASIA.

Voluptas hominum deceptrix.

HÆC Menippum spe coniugij demulcebat, omnibusque obsequiis deuincire studebat, vt se tandem eius carnibus saturaret. disertè narratur a Philostr. cap. 3. libro quarto in vita Apollonij, & à Budæo in philologo. Menippo, inquit, soli aliquando in via ier, facièti, quæ Cenchreas ferebat, phantasma occur-

occurrit specie muliebri: apprehensaque manu eius mulier iamdiu amore eius captam se esse dixit. Phœnissam autem sese origine esse aiebat, sed in suburbio Corinthi habitare, quoddam suburbiorum nuncupans. Quo, Menippe, inquit illa, si venire constitueris cantilenam me cantitante mirè oblectabere: vinumque illic bibes quale ante hunc diem nunquam; Nec vero ibidem tibi ab æmulo metus erit: tecum enim vno victura sum formosa cum formoso. Quibus verbis iuuenis pellectus, ad mulierem se contulit sub vesperam, deinde cum ea modo consuevit, vt solent qui amant Apollonius autem cum eo venisset, in morem statuarij intuēs in Menippum, hominem velut pictor oculis perlustrabat, deinde vbi percognitum hominem iam habuit. Heus tu, ô formose, inquit, quem fœminæ decoræ captant, scito te serpentem sinu fouere, vicissimque foueri à serpente. Hæc & alia cum in illo nuptiarum eleganti conuiuio differuisset Apollonius, apertè rem prodens. Isthæc bona sponsa Empusarum. inquit, est vna, quas quidam lamias esse, quidam laruas arbitrantur. Amant autem Empusæ ac rebus venereis gaudent, tùm carnibus præcipuè humanis delectantur, & quos homines comessè statuerunt, eos ante sollicitant motibus veneris. Tùm Apollonij dicta noua sponsa refellente, & comiter, vt fit, in Philosophos cauillante aurea pocula, argenteaque suppellex, vt quidem videbantur, inania & euanida interim abierunt. Serui etiam vinum miscentes & concinnatores obsoniorum, atq; omne illud famulitium, repentè non comparuerunt, cum præstigias confutasset Apollinius.

APODOSIS.

O quantum est in rebus inane!

XLVI. MINYAS.

Dines Δυναμίσου.

MINYAS primis ærarium ad pecuniam esseruan-

quandam fecisse dicitur.

A. P. Dicitur ergo prouerbiali caractere in diuites *Πλούσιον*, qui Plutum illum miserum in arcibus *Pausan. in Bœoticis.* flagellant; vel potius strangulant; nec vsque liberè *pag. 310.* spirare patiuntur.

Nullus argento color est avaris

Abditò terris, inimice lamina

Crispe Sallusti, nisi temperato

Splendeat usu.

Abiturus illuc quo priores abierunt,

Quid mente cœca miserum torques spiritum?

Horac.

Od. 2.

lib. 2.

Phadrus

Fabul. 77.

XLVI. MITHRIDATES INTER

BELLVARVM SATELLITIVM

DORMIENS.

Improborum diffidentia & miseria.

MITHRIDATES Ponticus cum somnum cœperet, sui corporis eustodiã non modò armis & satellitibus excubitoribus committebat: sed magis etiam tauro, & equo, & ceruo, quos mansuefactos habebat. Ij enim ad custodiã eius dormientis aduigilantes, si quis accederet, illius sensum ex ipsa respiratione quem mox percipiebant, atque ille mugitu, alter hinnitu, alius sua propria voce, eum è somno excipiebant.

*Æl. lib. 7.
cap. 66.*

A. P. Ex eo apparet quam misera tyrannorum conditio, qui cum neminem habeant in tot aulicis fidelem, corporis sui custodiã belluis committere coguntur. Quanto melior nostrorum Regum conditio, qui amore & clementia animos sibi omnium deuinctos tenent. *Istud est sanè vinculum per quod republica*

côheret, Ille spiritus vitalis, quem hac tot millia tra-

hunt, nihil ipsa per se futura, nisi onus &

prada, si mens illa imperij sub-

trahatur?

*Senece de
Clementia.*

XLVIII. MYCERINI NOCTES.

Voluptuaria vita.

Herod. l. 2

MYCERINVS rex, cum accepisset se intra annum septimum periturum, lucernarum magnam copiam sibi fieri curauit, vbiq; epulis, & ludo noctes coniungens cum diebus, vt ita annos quatuordecim ex septenis efficeret.

AP. Hac illustri Herodoti parabola significantur homines voluptuarij nocturnis bacchationibus & inrempestiuis conuiujs assidui, qui vt Mycerinus noctem verrunt in diem, & illud Martialis lib. 10. impudenter occidunt.

Ep. 19.

*Seras tutior ibis ad Lucernas,
Hac hora est tua, cum furit Lyæus,
Cum regnat rosa, cum madent capilli.*

XLIX. NERONIS CALIX.

Multa cadunt inter calicem, supremaque labra.

ACCUMBANTI in conuiuio Neroni decidens fulgur calicem quem in manibus tenebat excussit. *Philos. lib. 4. c. 14. οὐρανὸς γὰρ τῷ Νέρωνι ἐμπέσων τῆν τραπέζην οὐκ ἔπειτα διήλασε τῆς κύλιου ἐν χερσὶν οὖσαν, καὶ ἐπέπεσε ἀπὸ τοῦ στόματος.*

Hor. Car. 2.

Odo. 13.

AP. Repentini sunt mortalium casus, & quod quisque vitet nunquam homini satis cautum est in horis.

L. NERONIS COPÆ.

Voluptates.

QUOTIES Nero Tiberij Ostiam deflueret, aut Baianum sinum præternavigaret, dispositæ per littora & ripas diuersoriarum tabernarum parabantur, in quibus

infignes Ganca & matronarum institorio Copas imitantium, atque hortantium hinc inde vt appelleret. Suet. in Neron 27 Tacitus lupanaria vocat, lib. 15. Crepidinibus stagni lupanaria astabant illustribus foeminis completa.

AP. Baianus suus vita est: Copæ, voluptates: Ne-
riones, miseri voluptuarii. Stat igitur in littore volup-
tas mellita sirenula, & his versibus amasium compel-
lat.

*Tu si me comitare puer, non limite duro
Iam tibi decurret concessi temporis atas,
Haud unquam trepidos abrumpet buccina somnos,
Non glaciem Arctoam, non experiere furentis
Ardorem Cancræ.*

Silius Itab.

*Sed current albique dies, horaque serena,
Et molli dabitur victis sperare senectam.
Quantas ipse Deus letos generavit in usus
Res homini plenaque dedit bona gaudia dextræ
Verum, latet arguis in herba.*

LI. NERONIS ICARVS.

Ambitio.

NON est iam fabula Icarus Poetarum, sub Nerone
inuentus est qui volandi aleam susciperet: audi
Tranquillum Exhibuit & Naumachiam marina a-
qua inuantibus belluis; Item Pyrrhichias quasdam è
numero Ephæborum, quibus post editam operam
diplomata ciuitatis Romanæ singulis obtulit. Inter
Pyrrhicharum argumenta Taurus Pasiphaen ligneo
iuuencæ simulachro abditam iniuit, vt multi credide-
runt: Icarus primo statim conatu iuxta cubiculum e-
ius decidit, ipsamque cruore respersit.

Tranq. in
Nerone 12.

AP. Typus ambitiosi. Hoc idem ferme ipsum
contigisse narrat Nicetas sub Manuele Comneno.
Agareus quippè prestigiator spectaculis Circen-
sibus eo tempore quo Manuel Sultanum hospitio

Icarus Ag.
venus.

exceperat, sua sponte hippodromi turri conscensa
 ampla & promissa veste, multisque sinibus vndante
 postquam populum varijs gesticationibus elussisset,
 aëri se commisit, mox decidens. magno omnium risu
 mortuus est.

Qua fuerat fabula poena fuit.

Non dissimili facto Testudo apud Avianum dum cu-
 pit ab Aquila deferri in sublime,

Et male mercatis dum quarit sidera pennis,

Occidit infelix alitis ungue fera.

Tum quoque sublimis cum iam moveretur in auras,

Ingemuit votis hac licuisse suis.

Nam dedit exosa posthas documenta quieti,

Non sine supremo magna labore peti.

LII. NERONIS PISCATIO.

*Commodum maiori aamno comparatum: vel,
 Ingenio bene utendum.*

*Suet. in Ne-
 ron. c. 30.*

*Absalonis
 Abbatis
 dictum.*

*Serra. 5. de
 Christi ad-
 ventus,*

PISCATVS est reti aureo purpura coccoque funi-
 bus nexis.

AP. Piscantur reti aureo. qui exigua commoda
 magnis impensis confectantur. Et, ut ait Absalon Ab-
 bas, qui ingenium suum ad Poetas, & Philosophos con-
 uertit, quasi aureum hamum mittit in lutosam aquam,
 quia pro re vili in profundo detinetur: nec potest iactura
 lucro piscis comparari.

LIII. NICESIAS ALEXANDRI.

Adulatorum ineptia,

HEGESANDER refert Nicesiam Alexandri assenta-
 torem, cum Alexander a musca se punctum que-
 reretur, ideoque muscas gnauiter abigeret, dixisse, A-
 lijs profecto muscis, inquit, hæ quæ tuum sanguinem
 degustarunt, multò futuræ sunt præstantiores. Athen.
 lib. 6. de Adulatoribus.

AP. Adulator nullum in laudando tenere potest
 modum

modum, sed frigida etiam & inepta perſæpe commi-
niſcitur, quæ quiſque ſani pectoris abhorreat. Ve- *Cornel.*
rum principes hoc veneno infecti cupiunt omnes titil- *Tacitus.*
lari & non vident, *Pessimum inimicorum genus eſſe lau-*
dantes.

LIV. PACVVII FVNERATIO.

Moriendum quotidie.

PACVVIVS, qui Syriam vſu ſuam fecit, cum
vino, & illis fune eis epulis ſe ſepeliſſet quaſi ſibi
parentaret, ſic in cubiculũ ferebatur à cœnâ, vt inter
plauſus exoletorum hoc ad ſymphoniam caneretur:
Βεβίωκε, Βεβίωκε.

Nullò non ſe die extulit.

A P. Hoc quod ille ex malâ conſcientiâ faciebat,
nos ex bonâ faciamus, & in ſomnum ituri læti, hi-
larèſque dicamus,

Vixi, & quem dederat curſum fortuna peregi.

Itaque ſic ordinandus dies eſt omnis, tanquam cogat ag-
men & conſummet, atque expleat vitam.

Senec. ep. 12

LV. PHILIPPI ASTER.

Vltio diuina inſperata.

PHILIPPVS, cum noctu ſagittis ſtellas inceſſere
puer ſoleret, à ſtella ſeu aſtere milite altero oculo *ex Pto-*
orbatus eſt. *mao Hephe-*
ſtione lib. 3.

A P. Non ſunt temere potentes irritandi: quod
qui faciunt videntur in Solem ſpuere, & ſtellas ſagit-
tis inceſſere, inde cum ſeminimè putant, Nemeliſ ſta-
gello, veluti cœleſti plaga, percutiuntur:

Μηδὲ ἀντ' ἡλιαίου τετραμυδῶν ἰππῶν ὀμιχέων.

aduerſus ſolem ne meito.

(* *)

M 3

LVE

LVI. PHILIPPI VENATIO.

*Generositas.**Prob. Heph.
Phos. bib.*

PHILIPPVS puer de nocte solebat desilientes stellas sagittis incessere, quo agnito, Diognetus vates Dominatorem multorum fore adolescentem prædixit.

AP. Venantur stellas magnanimi & ad egregiarum rerum spem erecti: qui non terræ regionibus spes definiunt suas, sed Beatarum mentium Domicilium noctes diesque cogitant, atque in id omnes cogitationis impercus desigunt.

*Pauci quos aquus amavit**Iuppiter, aut ardens enexit ad athena virtus.*

LVII. PHILOXENVS.

Helluo dissolutus.

PHILOXENVS hic depingitur gracilescence in gruis speciem collo, typus edacitatis inuerecunda. Is accusans naturam, vt diutius frueretur cibi ac potus voluptate, collum sibi gruis optabat: *ὄψατος ποτὶ δὲ γράσας αὐχίνα χάρ.* De hoc dici potest quod Seneca: *Mæret quod magna pars sue felicitatis exclusa corporis angustius cessat.* Idem mullum in Dionysij Tyranni cæna sibi appositum auri admouit, veluti sciscitans aliquid eorum, quæ apud Nereum fiunt, de Galatea scripturus: sed piscem iuniorum esse, & nimis paruum dixit, ideo nihil scire: inhiabat enim Dionysij mullo, qui maior erat.

*Epist. 114.**Art. 101. p. 6.*

AP. Clara est ex Icone. torquetur enim in Helluones, qui omnia voluptate metiuntur.

*Remem. al. Sa.**29. II.*

Et quibus in solo viuendi causa palato est. hos Aristophanes *ἄνθρωπος πρὸς αὐχίνας*, cadavera collorenus appellat, quibus efferto præ ingluuie corporis pigris, & iuxta Poëtam, vino sepultis, neque pes, neque mens officium facit. Plotinus eosdem dicit *ἀνοήτους ἄνθρωπους*

quod

quod instar plantarum alimoniam tantum attrahant,
cetera sine sensu esse videantur.

LVIII. PHRYNE DELPHICA.

Voluptas consecrata.

CRATUS auream Phrynes statuam Delphis pos- *Plut. in fort.*
tam cum vidisset, exclamavit, Græcorum id petu- *Alex. lib. 2.*
lantiaæ trophæum esse erectum.

AP. Improbi non modo amant vitia, sed monu-
mentis etiam consecrant; ad quodlibet audendum &
audiendum proiecti. *Malorum ultimum est mala sua* *Senee. ep. 39.*
amare, ubi surpia non solum delectant, sed etiam pla-
cent.

LIX. POLYDAMAS SAXI RVINAM

EXCIPENS.

Temeritas.

POLYDAMAS clarissimus athleta, qui Herculis glo- *Pass. in Ei-*
ria stimulatus leonem oppressit, apprehensum po- *liac. l. poster.*
steriorum pedum altero taurum constrictum diu te-
nuit, ut vix dilapsis vngulis euaderet. Tandem nimia
virium fiducia labenti saxo se obiecit, & debitas te-
meritati pœnas dedit.

AP. Temeritas typus, *Σημελίον ἔμνη*. Non male expri-
mit hæc tabula dementem ambitiosum, qui vel ipso
vitæ periculo marcescentem humanæ gloriolæ laure-
am nundinetur, & dicat.

Ruina cadere generosa iuvas.

Stob. ser. 9.
653.

LX. PROCRVSTES.

Hæreticus depravator.

PROCRVSTES qui memoratur à Plutarcho in
Thesco, latro fuit omni diritate teterrimus, qui
viatores suo lectulo applicare solebat, & si quidem
proceriores essent, amputatione pedum decurtare,

M 4

con-

Plur. in
Theseo.

fi contra breuiores, neruorum extensione lacerare.
Ap. Tales omnino sunt hæretici, qui vt ad modum prauæ mentis sacras literas fingant, nunc demũr, nunc addunt de suo, & hanc carnificinam se Spiritu sancto authore facere dicunt.

Parce sepultis.

LXI. PROTOGENIS MOROSA

OPERA.

Diligentia nimia vel prolixitas.

Pl. l. 35. c. 10.

APELLES, cum Protogenis opus immensi laboris ac curæ supra modum anxie miraretur, dixit omnia sibi cum illo paria esse, aut illi meliora. Sed vno se præstare, quod manum ille de tabula nesciret tollere.

Alphaus.

Ap. Nocet sæpe nimia diligentia:

Το μὲν δὲ καὶ ἄγαν, ἄγαν μο τίρπει.

Lucerna

Callimachi.

In eodem argumento est Callimachus, qui auream Mineræ lucernam fecit toto anno ardentem, quamuis nihil olei affunderetur. Is enim ob morosam in expoliendis operibus industriam Κακιστοτεχνος dictus est. Paus. in *Atticis*. Apollodorus quoque fictor, iniquissimus sui iudex crebro perfecta signa frangebatur, dum artis cupiditatem satiare non posset.

Plin. l. 34. c.

2.

LXII. PSAPHON, SIVE

ANNON.

Vana Gloria.

ANNON Carthaginensis supra mortalitatem nostram fastu elatus, præstantiorem de se famam vulgare statuit, quam natura pateretur. Itaque plurimas aues humani sermonis dociles coëmit, & in tenebris domesticorum parietum aluit, vnam cantilenam edocens, Θέος ἐστὶν Ἀννων. Quæ cum satis eruditæ viderentur, in diuersas plagas dimisit, arbitratus hoc auium carmen de se vulgatum iri. At illæ semel

alis

alis soluta, libertatemque adeptæ, & ad consuetum sibi victum reuersa, naturalem tantum ediderunt, & auium modulationes recoluerunt, longo vale Anno ni doctrinæque, qua in seruitute fuerant imbutæ, dicto. Eundem Apsephan nominat Dionis Scholiastes, ὅποιον ἰσορεῖται πρὸς τῶν λιβύων βασιλέως Αψεφᾶ, διὰ τῶν ἰππάρχων μεμνηχαιῶν, ἰππάρχων, καὶ κλαδόντων, Αψεφᾶς Διὸς ἐστὶ.

Ælian l. 14.
cap. 30.

In orat. 1. de Regno.

APODOSIS.

Ne te quasi fueris extra.

LXIII. PTOLEMÆI CAMELVS
NIGER.

Novitas ingrata.

PTOLEMÆVS Lagi filius, cum aliquando duas res nouas in Ægyptum adduxisset, Camelum videlicet Bactrianam totam nigram, & hominem bicolorem, cuius altera pars plane nigra, altera autem eximie candida erat, per totum corpus æqualiter, distincta atque diuisa: congregatis in theatrum Ægyptijs, exhibuit illis cum alia multa spectacula, tum inter postrema hæc quoq; Camelum videlicet, & semialbum hominem, putauitq; se magnam admirationem isto spectaculo concitaturum esse. Illi ad Cameli quidem conspectum, perterriti sunt: & parum absuit quin exilientes profugerent: quanquam ea tota auro culta atque purpura instrata erat: fraxum autem etiam gemmis comparatum habebat, ex Darij alicuius aut Cambyfis, aut etiam ipsius Cyri thesauris depromptum. Ad hominis autem intuitum plerique ridebant. Alij autem etiam vt monstrum aliquod ipsum auerfabantur. Lucian. *contra eum qui dixerat*, Promethes in verbis.

APODOSIS.

Ex ipso Luciano.

Ex eo Ptolemæus intellexit se illis non ad eam laudem conciliaſſe ſibi, neque nouitatem apud Ægyptios in admiratione eſſe, ſed præ ipſo, & ἄρπυδιον καὶ ἄμορπον quod concinnum iuſtaquæ forma compoſitum eſſet, probari.

LXIV. SAGARIS MARIADYNVS.

Mollitia.

*Athen.
Dipn lib. 12.*

CLARCHVS libro quinto vitarum narrat, Sagarum Mariadynum præ mollitie ad ſenectutem uſque nutritis ore fuiſſe cibatum, ne mandendo fatigareretur.

AP. Hoc inſtar adagij in delicatum puppum iactari poterit, quod Perſianum illud expreſſiſſe videtur:

*At cur non potius tenero quæ columbo,
Et ſimilis regum pueris pappare minui um
Poſcis, & iratus mamma lactare recuſas?*

LXV. SELENE SIMONIS MAGI.

Religio vna, reliqua ſpectra.

*D. Clem.
lib. 11. reco-
gnit. &
lib. 11. con-
ſtit. Apoſt.*

SELENE mulier erat formoſa, quæ cum ſe ſpectandam ex alta turri populo Romano præbuiſſet, effecit ſuis præſtigijs Simon Magus, ut quot in turri ſe-
neſtræ erant, tot Selenes facies apparerent.

AP. Vna erat Selene vera, cæteræ imponebant oculis: Sic vna ſolida gloria, vna ſapientia, religio, mul-
tæ tamen ſpecie fallunt miſeros mortales. Vide,

Quid diſtens ara lupinis.

LXVI. SMINDYRIDES.

Improbitas luſifuga.

CHAMAELEON Ponticus, lib. de voluptate, re-
fert Smindyridem iactare ſolitum ſe viginti an-

nis, nec Orientem Solem vidisse, nec Occidentem, idque magni ad felicitatem momenti existimasse.

A P. Improbi nec primos Orientis Solis iustitiæ afflatus quærunt, nec Occidentem sibi vident, sed pectus obstruunt, quo minus cogantur admittere, atque inter tenebras sua flagitia & libidines exercent: *Athen. lib. 7.*

Κλεπῶν καὶ ἡνέξ, τῆς δὲ ἀληθείας ἔφασ. Euripides.

Cadit etiam in voluptuarios somno & delicijs maridos, qui paupertatem inde sibi, & magnas vitæ molestias accersunt, *Dormienti enim non conscium Div.* nec immerito illis esurientibus postea dicitur:

Χειμῶν ὄρχῃ μὴ τροφῆς ἔρα.

LXVII. SOTADES. ΣΩΤΑΔΗΣ.

Poeta obsceni typus.

PRIMVS author Cinædi carminis fuit. Ἡφεὶ δὲ σωτάδης μὲν πρῶτος κιναιδολογῆν. *Strab. lib. 4. pag. 446 de eodem Martial.* *lib. 2. ep. 76.*

Quod nec carmine gloriatur supino,

Nec recto lega Sotadem Cinadum.

A P. Sotadeo genere sunt omnes Poetae obsceni, qui, quod miserum, Christiani nominatenus, impurissimorum Ethnicorum Cinædias & squalentibus impudicitiae sepulchris eruere non verentur: quod capitale esse voluit diuinus Imperator Constantinus. Nam cum ΤΗΛΙΑΜ effeminatos, ridiculosque numeros ad similitudinem Aegyptij Sotadæ conscriptos in lucem edidisset Arius, Constantinus ita rescripsit:

Victor Constantinus Max. Aug. Episcopi, & populo. *Constantinè*
 Cum Arius scriptorum & impiorum hominum consuetudinem imitetur, eandem cum illis ignominiae & turpitudinis notam merito subire debet. *edictum in*
 Quem admodum Porphyrius capitalis pietatis hostis, qui *obscenos*
 nefarios libros contra religionem Christianam nuper edebat, mercedem dignam laboribus recepit, & *Poetas.*
 eiusmodi quidem, ut apud posteriora secula non ipse *scio.*

se solum maximis probris vexatus fuerit, & turpissima labe infamiae aspersus, verum etiam impia eius scripta delera, & penitus extrineta: sic etiam visum est Arium, & eius sectatores Porphyrianos nūcupare, ut quorum sequuti sunt mores, eorum etiam nomen habeant. Quinetiam si quod opus ab Ario scriptum reperitur, illud cremandum esse. (Addit) Illud etiam mandamus, ut si quis librum ab Ario compositum occultasse deprehensus sit, & eum non statim in medium adductum igne combusserit, morte mulctetur, nam mox ut comprehensus fuerit plectatur capite. Vide Socrat. lib. I. cap. 6.

LXVIII. STASICRATIS ATHOS.

Adulatio impudens.

STASICRATES aurum, aes, ebur, pigmenta, ligna, & cetera respuens, Athon montem efformare & elaborare studebat in Alexandri speciem: ut mare quidem ima basi artingeret; sinistra amplam admodum & civium multitudine abundantem ferret civitatem: dextra perennem fluvium erumperet ex phiala. Hic Alexander excelsos artificis spiritus admiratus iussit quiescere. Neque enim sibi unum montem sufficere ad glorie monumentum existimabat, cum & Caucasum, & Tanaim, & Caspium pelagus haberet.

A p. Adulatores alienas prorsus species principibus affingunt.

*Quid quod adulandi gens prudentissima laudat
Sermonem indocti, faciem deformis amici,
Et longum inuvalidi collum cervicibus aquat
Herculis, Antauro procul à tellure tenentis.*

LXIX. THEMELIS NOBILE EXEMPLVM.

Sacerdotibus arma tractare periculosum.

CVM Ameras Tarsi Dux Sarracenorum contra Romanos cum exercitu profectus esset, atque in Herculis vicum milites praedatum misisset, quidam presbyter

*Plut. lib. 2.
de Fortit.
Alexandri.*

*Juuenal.
Satyr. 2. 5. 4.*

presbyter, Themel nomine, sacrificium incruentum peragens, vt agnovit Sarracenorum irruptionem, relicto sacrificandi munere, ita vt erat, manibus gestans Ecclesiæ mysterium; sic eos qui inuaserant propulsans, & multos vulnerauit, haud paucos interfecit, reliquis in fugam versis, & ab Episcopo interdicto ei sacrificandi munere postquam non impetrauit veniam, ad Agarenos se contulit, & Christianam fidem eiurauit, atque cum ipsis egressus, non solum Cappadociam, & finitima loca vexabat, sed etiam vsque ad Asiam miuorem peruenit, & quanta detrimenta intulit, nec scribere quidem nobis fas est.

*Baron. ad
ann. Christ.
957. ex Cu-
ropalate.*

AP. Felicior ille si fuisset

Doctus soluere vincula quæstionum.

Et verbi gladio secare sectas.

Sidonius.

LXX. THEOPHYLACTVS HIP-

POMANES SACERDOS

IMPIVS.

Ab Ara ad haram.

THEOPHYLACTO Patriarchæ Constantinopolitano, qui ad furorem vsque alendorum equorum cupiditate flagrauit, quorum duo millia habuit, sacra peragenti magna illa quinta sacre Cœnæ die, & preces mysteriorum legenti, ministrum illum, ferunt; cui fuerat equorum commissa cura nuntium attulisse, maxime insignem illam Phorbantem equam, addito nomine peperisse; Et illum præ nimio gaudio quod reliquum sacrificij utcumque peracto, cursu ad stabulam contendisse, conspectoque nato pullo ad magnum templum rediisse vt absolueret sanctæ Dei & Saluatoris nostri passionis hymnum

*Curopalates
& Baron.
ad annum
Christi 959.*

AP. Huic vere mens fuit quod diserte à Græcis dicitur, *ἡ ἐπιθυμία τῆς φαρμακίας.*

LXXI. THOMYRIDIS
FACTVM.*Curiositas & Vanitas scientiarum punita.**Ph. bibl.**l. 221. ex**C. 1020.**D. Chrysoſt.**de Facto.**homil. 65*

THOMYRIDIS Nymphæ filius & Rex creatus à Scythis, propter artis peritiam cum Musis contendit pignore proposito, nempe ipsarum Musarum coniugio; sed ab ijs superatus oculis orbat.

A P. Thomyris, candidatus literarum: Musæ, sapientia: spes coniugij, curiositas & timor φιλολόγων: cæcitas, ignorantia eorum, qui dum se egregie doctos putant; in maximam deveniunt infamiam. Βέλπον ἄγροσι καλῶς, ἢ εἰδέναι κακῶς.

LXXII. THRASYLLVS.

Dives Auarus.

THRASYLLVS Æxoneus inaudito quodam demencia genere laborauit, nam vrbe relicta migrabat in Piræum, quumque ibi habitaret, omnes naues; quæcumque in eo subducerentur, suas esse putabat, & in album referebat, sicque dimittebat eas. Quod si quæ saluæ, & integræ in portum ingrederentur, supra modum gaudebat. Multos autem annos hoc morbo tenebatur. Demum frater eius profectus è Sicilia, tradit eum Medico vt sanaretur, atque sic eum reliquit vecordia. Sæpissimè igitur suæ in amentia oblectationis mentionem faciebat, & se nunquam cumulatius gaudium percepisse dictitabat, quam cum vidisset naues seruari, quæ tamen ad se nihil pertinerent.

*Ælian.**l. 4. Var.**hist. cap. 25.*

A P. Icon est diuitum avarorum, quos dulci cupiditate ebrios tenet avaritia. Vident illi aurum, & argentum factum, infectum, stragulam vestem delicatam, currus auratos, villas, horrea, apothecas, & sua esse opinantur, longè opinione decepti: nam vix oculos huiusmodi spectaculis pascunt, cum à se ad alie-

alienos heredes tranſuolant. At demum incelligunt
ſe opinione beatos fuiſſe.

Et vigil elapſus queris avarus opes.

LXXII. TIMOTHEI TEM-

PESTAS.

Orator parum vehemens.

TEMPESTATEM in Nauta deſcriptam à Timotheo Dorion tibicen cum irrideret, in feruente ca-
cabo ſe vidiffe dixit vehementiorem. *Athen. lib. 8.*

A P. Cadit igitur *παρομια* in oratorem parum ve-
hementem, qui res grandes culpa ingenij & languore
ſyli deterat modeste.

Nec ſuam Pelopis domum

Conamur tenuos grandia: dum pudor

Imballisque lyra Muſa potens uſas

Laudes egregij Caſaris, & tuas

Culpa deterere ingenij.

Quis Martem tunica ſectum adamantino

Dignè ſcripſerit? aut puluere Troico

Nigrum Merionen? aut ope Palladis

Tydidem ſuperis parem.

Horas.

lib. x. Cerym.

Od. 6.

LXXIV. TRIREMIS AGRI-

GENTINA.

Ebrietas typus.

TIMAEVS Tauromenites domum quaſdam A-
grigenti triremen ea de cauſa vocatam fuiſſe
narrat. Iuuenes quidam in ea temulenti uſque a-
dedò dementati ſunt, uino æſtuantes, ut in triremi
nauigare ſe crederent, horrenda tempeſtate in ma-
ſi iactata, tantumque mentis poteſtate moti ſunt,
ut domus vaſa omnia & ſtragulã foras eijcerent, uelut
in mare; nauis, quam tempeſtas affligebat, ut illis
uidebatur, exonerandæ cauſa. Poſtridiè uerò pro-
fectis

Athen. l. II.

fectis ad illas ædes prætoribus, inclinati iuuenes ad huc nauſeabundi, ijs qui interrogabant magiſtratibus reſponderunt, tempeſtate ſe vexatos nauis alleuandæ cauſa ſarcinas deieciſſe in mare. Mirantibusque prætoribus tantum ſtuporem, vnus qui exijs natu maior videbatur: Ego, inquit, viri Tritones, ſub infimo nauis tabulato, quammaxime licuit abditus, iacui. Poſtremò, ſeruati, ſtaruas inter deos marinos promiſerunt iudicibus.

Ap. Ebrietas mentem ſtupore confundit, & nouos mundos ſingit, nouas rerum ſpecies, noua monſtra.

Lucret. l. 3.

*Cum vini vis penetravit
Acris, & in venas diſceſſit diditus ardor:
Conſequitur grauitas membrorum, præpediuntur
Crura vacillanti: tardeſcit lingua, madet mens:
Nant oculi: clamor, ſingultus, iurgia gliſcunt.*

LXXV. TRIUMPHVS CALIGULÆ.

Vana gloria, ſeu res humana.

CALIGULA, deficiente belli materia, paucos de cuſtodia Germanos traijci, oculique trans Rhenum iuſſit: ac ſibi poſt prandium quam tumultuoſiſſimè a deſſe hoſtem nunciari. Quo facto proripuit ſe amicis, & parte equitum Prætorianorum, in proximam ſyluam, truncatiſque arboribus, & in modum trophæorum adornatis, ad lumina reuerſus; eorum quidem, qui ſequuti non eſſent, timiditatem & ignauiam corripuit; comites autem, & participes victoriæ nouo genere, ac nomine coronarum donauit; quas diſtinctas Solis, ac Lunæ, ſyderumque ſpecie exploratorias appellauit; & cætera. planè Caligula digna. Poſtremò quaſi perpetraturus bellum, directæ acie in litore Oceani ac baliſtis, machiniſque diſpoſitis nemiſe gnaro ac opinante quidnam cœpturus eſſet, repētè vt conchas legèrent, galeaſque, & ſinus replerent; impe-

imperavit, spolia Oceani vocans Capitolio Palatioque debita. Et in indicium victoriæ, altissimam turrim excitavit, ex qua, vt ex Pharo, noctibus, ad regendos nauium cursus, ignes emicarent. Pronuntiatòq; militi donatio centenis viritim denarijs, quasi omne exemplum liberalitatis supergressus: Abite, inquit, læti, abite locupletes. conuersus hinc ad curam triumphi, præter captiuos, & transfugas Barbaros, Gallorum quoq; procerissimum quemque, & vt ipse dicebat, ἀξιόδριάμβιβον, ac nonnullos ex principibus legit ac seposuit ad pompam, coëgitq; non tantùm rutilare, & submittere comam, sed & sermonem Germanicum addiscere, & nomina Barbarica ferre.

Tran-
quil. cap. 48.
42. 47.

A P. Quis risum teneat de triumphatore illo hypoblimæo audiens? Nùm verò similes sunt res humanæ, in quibus & species, & tituli, & tumultus multus, cum ipsæ sint planè nihil?

Boët. Metra
5. lib. 2.

Heu primus quis fuit ille,
Auri qui pondera tecti
Gemmaeque latere volentes
Pretiosa pericula fodit?

LXVI. TROPHÆVM THEBA-

NORVM ÆREVM REPRESENTAVIT.

Inimicitias aternas esse non debere.

CVM Thebani Lacedæmonios bello superauissent, & ferè mos esset Graijs, cum inter se bellù gessissent, vt ij qui vicissent trophæum aliquod statuerent, victoriæ modo in præsentia declarandæ causâ, non vt in perpetuum belli memoria maneret, ancum sustulerunt trophæum. Accusantur apud Amphictyonas, id est apud commune Græciæ concilium, quòd æternum inimicitiarum monumentum Graios de Graijs statuere non oporteret.

Cic. 2. de
Inuentione.

*Cassiod. 4.
Var. 7.*

AP. Pudeat Christianos qui æternæ inimicitia
scelerata figunt trophæa.

*Crudelitatis genus est ultra naufragium velle desu-
uire.*

LXXVII. VALERIA DENTATA.

Calumniæ.

VALERIA cum dentibus nata exitio ciuitati fuit,
in quam deportata est. Pl. l. 7. c. 16.

AP. Exitiales sunt hominum generi, qui vix nati
iam mordere famam bonorum & lacerare incipiunt.
Quamobrem periculum est ne in quancumque de-
uenerint ciuitatem aut hominum cætum, maledi-
ctorum virus effundant, & in perniciem bonorum
grassentur, *ὡς ἄρα οὐδ' ἐν π Διαβόλῃ γλώττης χεῖρισον ἐν
ἀνθρώποις ἕτερον χαικόν.*

LXXVII. ZOROASTRES AB A- STRIS INCENSVS.

Scrutator maiestatis oppressis.

ZOROSTRES, qui ita appellari voluerat, cùm
prius Zarades diceretur, *ἐζῶν ἀστρον* iacitans,
dùm curiosus vim cœli & astrorum scrutari cona-
tur, ab ipsdẽ incensus est.

AP. Procul a Ioue, & fulmine. Cadit in hoc argu-
mentum quod habet Nicetas de Theologis Græcis,
qui cùm curiosus de incarnatione apud Comnenũ
Imperatorem disputarent, repentiẽ alieno anni tem-
pore ingens tonitru exauditum est tanto fragore, vt
nonnulli in terram collaberentur, tum Elias aperto
libro de terræ motibus & tonitruis, scriptum
inuenit, *πῶσις θοῶν.* Casus
sapientum.

LXXIX. PES LIGNEVS IN AV-
REA CREPIDA.*Vanitas misera, & inepta.*

FVIT in Asia vir opulentus, cui calamitoso casu, cum per niuem iter faceret, putrefactus frigore, vsturis vterque pes deperierat. Ille tam miserabilem fortunam expertus infelicitatem solari cupiens, ligneos pedes truncis accommodabat, ac calceis indutus, vndique seruis innixus incedere gaudebat. Vbi hoc insuper ridiculum comminiscabatur: Crepidas pulcherrimas semper & nouas, cura erat summa mercari, vt ita calceis speciosis ligna sua, nempe pedes, conspicuos faceret.

Lucian. aduers. indoct.

APODOSIS.

His assimilia facere dicit, qui cum sint claudamente, & ficulneis sensibus, *χωλὴν χεῖρ σκίγγυ γνάμῃ ἔχοντες*, vestibis, libris, & dibus speciosis, & reliquo rerum humanarum choragio student enitere;